Φιλόπατρις - δος amator patriae *chi ama la patria.*
Α'φρων - νος stultus *il pazzo.*
Α'νοήμων - νος insipiens *l' ignorante.*
Εὔγνομων - νος vir proba mente praeditus *chi è di buona mente ornato.*
Α'γνάμων - νος consilio carens *chi è privo di senno.*

τὸ *lo*

Σῆμα - τος monimentum *il monumento.*
Στόμα - τος os - oris *la bocca.*
Μέλι - τος mel *il mele.*
Δάκρυ - νος lacryma *la lagrima.*
Θαῦμα - τος miraculum *la maraviglia.*
Α'ςυ - εος arx *la rocca.*
Η'παρ - ατος hepar, vel jecur *il fegato.*

Ἦτορ - ορος cor *il cuore.*
Φῶς φωτὸς lumen *il lume.*
Πρόβλημα - τος problema, vel quaestio *la questione.*
Τύψαν - ντος verberans *il battente.*
Δέλεαρ - τος esca *l' esca.*

Exempla primae contractae.

ὁ *il*

Διογένης Diogenes *Diogene.*
Σωκράτης Socrates *Socrate.*
Ἀριστοτέλης Aristoteles *Aristotele.*
Εὐγενὴς nobilis *il nobile.*
Εὐσεβὴς pius *il pio.*
Ἀσεβὴς impius *l' empio.*
Εὐσθενὴς robustus *il robusto, chi ha buona forza.*
Ασθενὴς infirmus *l' infermo, chi non ha forza.*

ὁ καὶ ἡ *il e la*

Εὐμαθὴς docilis *il docile, che impara bene.*
Ἀμαθὴς indocilis *l' indocile, che non impara bene.*
Εὐτυχὴς felix *il felice.*
Δυστυχὴς infelix *l' infelice.*
Ἀτελὴς imperfectus *l' imperfetto.*
Εὐτελὴς parcus *il parco.*
Εὐμενὴς benevolus *il piacevole.*
Εὐτρεπὴς paratus *l' acconcio.*

Ἀπρεπὴς indecorus *l' indecente.*
Εὐπρεπὴς perdecorus *il garbato.*

τὸ *lo*

Εὐσεβὲς pium *la cosa pia.*
Ἀσεβὲς impium *la cosa empia.*
Ἀσθενὲς debile *la cosa debole.*
Εὐγενὲς nobile *la cosa nobile.*
Γένος genus *il genere.*
Ἔθος consuetudo *l' usanza.*
Ἦθος mos - ris *il costume.*
Ἔπος verbum *la parola.*
Ἔτος annus *l' anno.*
Ὄρος mons *il monte*
Μέρος pars *la parte.*
Βέλος telum *il dardo.*
Τέλος finis, seu vectigal *il fine, o il tributo.*
Κράτος potentia *la potenza.*
Πλάτος latitudo *la larghezza.*
Ἔδαφος pavimentum *il pavimento.*
Πάθος passio *la passione.*
Σκεῦος vas *il vaso.*
Ἄλγος dolor *il dolore.*

SECUNDÆ.

ἡ *la*

Ἔχις vipera *la vipera.*
Πόσις - ιος maritus *il marito.*
Πόσις - εως potus *la bevanda.*
Μάντις vates *l' indovino.*

Λέξις dictio *la dizione.*
Ποίησις poesis *la poesia.*
Φύσις natura *la natura.*
Πίστις fides *la fede.*
Ἀνάστασις resurrectio *la resurrezione.*
Ἀποθέωσις deificatio *la deificazione.*
Φρόνησις prudentia *la prudenza.*
Κρίσις judicium *il giudizio.*
Γνῶσις cognitio *la cognizione.*
Χρίσις unctio *l'unzione.*
Ὕβρις injuria *l' ingiuria.*
Πρόθεσις propositio *la proposizione.*
Σύνεσις intelligentia *l' intelligenza.*
Κρᾶσις mixtio *la mescolanza.*
Ὄψις visio *la visione.*

τὸ *lo*

Στίμμι antimonium *l' antimonio.*
Πέπερι piper *il pepe.*

TERTIÆ.

ὁ *il*

Ὀδυσσεὺς Ulysses *Ulisse.*
Ἀχιλλεὺς Achilles *Achille.*
Ἱερεὺς sacerdos *il sacerdote.*
Ἁλιεὺς piscator *il pescatore.*
Τοκεὺς parens *il padre.*
Γονεὺς genitor *il genitore.*
Νομεὺς pastor *il pastore.*
Γραμματεὺς notarius *il notajo.*

Α'λεξανδρεὺς Alexandrinus *l' Alessandrino.*
Φοκεὺς Phocensis *il Focese.*
Θησεὺς Theseus *Teseo.*
Ο'ρφεὺς Orpheus *orfeo.*

QUARTÆ.

ἡ *la*

Ηὼ Aurora *l' Aurora.*
Α'λεκτὼ Alecto *la furia Aletto.*
Μαντὼ Manto, Tiresiae Vatis filia *Manto figliuola di Tiresia indovino.*
Πειθὼ Suada, persuadendi vis *la forza di persuadere* cioè *la rettorica.*
Σαπφὼ Sappho *Saffo.*
Κλειὼ Clio *Clio.*
Διδὼ Dido *Didone.*
Φειδὼ parsimonia *il risparmio.*

QUINTÆ.

τὸ *lo*

Κρέας caro *la carne.*
Γῆρας senectus *la vecchiezza.*
Πέρας finis *il fine.*
Γέρας praemium *il premio.*
Σέλας splendor *lo splendore.*
Δέπας patera, vel poculum *la coppa, o la tazza.*

DE FORMATIONIBUS

ADJECTIVORUM

Pro media classe grammaticae.

CAPUT. V.

ADMONITIO.

Haec quoque tria capita, quae sequuntur, tametsi praecedunt conjugationes verborum (quoniam ad nomina et pronomina pertinent, ita enim naturae ordo servatur) expedire tamen videtur, ut prius a tyronibus verba saltem barytona ediscantur, quam ut haec iis proponantur, quae ipsa ne omnia quidem erunt ad verbum ediscenda: sed pronomina dumtaxat, et si quae praeterea prudentes magistri censuerint. Exercendi certe sunt in singulis diligenter, et monendi ad quam quodque declinationem referatur. Ergo haec ad secundam dumtaxat, seu mediam grammaticae classem pertinebunt.

1. Masculina in ος faciunt foemininum in η, neutrum in ον: ὁ καλὸς ἡ καλὴ τὸ καλὸν pulcher-ra-rum *il bello la bella il bello*. Praeter ἄλλος αλλη ἄλλο alius alia aliud *l' altro l' altra l' altro*: et horum similia quaedam, de quibus in tertia declinatione simplicium.

Exceptio.

1. Finita in ος purum, aut ρος habent foemininum in α: ὁ ἅγιος sanctus *il santo*, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον *la santa*, *il santo*: ὁ ἀνθηρὸς floridus *il fiorito*, ἡ ἀνθηρὰ τὸ ἀνθηρὸν, florida floridum, *la fiorita il fiorito*. Praeter ὁ ὄγδοος ἡ ὀγδόη τὸ ὄγδοον octavus octava octavum *l' ottavo l' ottava l' ottavo*: ὁ ἁπλόος ἡ ἁπλόη τὸ ἁπλόον simplex *il semplice la semplice il semplice*: et reliqua ut ἁπλόος.

2. Quartae declinationis commune ως, neutrum habet ων: ὁ καὶ ἡ εὔγεως τὸ εὔγεων hic et haec fertilis et hoc fertile *il fertile la fertile il fertile*.

3. Masculina in ας faciunt foemininum in αινα, neutrum in αν: ὁ μέλας ἡ μέλαινα τὸ μέλαν niger nigra nigrum *il negro la negra il negro*. Excipe ὁ πᾶς ἡ πᾶσα τὸ πᾶν omnis etc. cum compositis ἅπας omnis, σύμπας universus *ogn' uno*: et participia ὁ τύψας ἡ τύψασα τὸ τύψαν verberans *il battente*. Item ὁ μέγας ἡ μεγάλη τὸ μέγα magnus magna magnum *il grande la grande il grande*.

4. Masculina in εις faciunt foemininum in εσσα, neutrum in εν: ὁ χαρίεις ἡ χαρίεσσα τὸ χαρίεν venustus-sta-stum *il grazioso la graziosa il grazioso*.

5. Masculina in υς oxytona formant foemininum in εια, neutrum in υ: ὁ ἡδὺς ἡ ἡδεῖα τὸ ἡδὺ jucundus-da-dum *il giocondo la gioconda il giocondo.*

Excipe ὁ πολὺς multus ἡ πολλὴ multa τὸ πολυ multum, *il molto la molta il molto.*

6. Communia in

	Faciunt neutrum in
ην	εν: ὁ καὶ ἡ τέρην τὸ τέρεν tenerum *tenero.*
ων	ον: ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων τὸ εὔδαιμον felix *felice.*
ης	ες: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς τὸ ἀληθὲς verum *vero.*
ις	ι: ὁ καὶ ἡ εὔχαρις τὸ εὔχαρι lepidum *piacevole.*
υς	υ: ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς τὸ ἄδακρυ non lacrymans *senza lagrime.*
ȣς	ȣν: ὁ καὶ ἡ δίπȣς τὸ δίπȣν bipes *di due piedi.*

7. Sunt et quaedam substantiva quae foemininum habent: ὁ λέων leo *il leone*, ἡ λέαινα leaena *la leonessa*: ὁ θεράπων famulus *il servo*, ἡ θεράπαινα famula *la serva*: ὁ βασιλεὺς rex *il re*, ἡ βασίλισσα regina *la regina*: ὁ ἄναξ rex *il re*, ἡ ἄνασσα regina *la regina*: ὁ δεσπότης herus *il padrone*, ἡ δέσποινα hera *la padrona.*

DE GRADIBUS

COMPARATIONIS

Pro media classe grammaticae.

CAPUT VI.

1. Comparatio duplex est: regularis et irregularis (α).

(α) Duae sunt comparationis formae apud Graecos: prima has habet terminationes: τερος, τερα, τερον in comparativis; τατος, τατη, τατον in superlativis: secunda ιων, ιον in comparativis; ιςος, ιςη, ιςον in superlativis quae Atticis vel maxime in deliciis est. Comparativa in τερος, et superlativa in τατος fiunt additâ terminationi neutrius generis hac ipsa terminatione: comparativa in ιων, et superlativa in ιςος mutatâ terminatione positivi in terminationem comparativi, vel superlativi: ita ex μέλας, μέλαινα, μέλαν *niger*, *nigra*, *nigrum* fit μελάντερος, α, ον; μελαντατος, η, ον: ex ἡδυ *dulce*, ἡδίων, ιον; ἡδιςος, η, ον.

Exceptiones.

1. Neutra in οῦν contractum ex-οον, et neutra in εν ab-εις-εσσα-εν mutant ν in σ: ut εὔνουν *benevolum* εὐνούςερος, α, ον; εὐνούςατος, η, ον: χάριεν *gratiosum* χαριέςερος, α, ον; χαριέςατος, η, ον.

2. Neutra in ον ex-ος abjiciunt ν, et mutant ο in ω si penultima brevis est: ut ἅγιον *sanctum* ἁγιώτερος, α, ον; ἁγιώτατος, η, ον.

2. Regularis habet has in positivo terminationes ας, ης, υς, εις, ος, ȣς, αν.

3. Comparativus masculinus in τερος, superlativus in τατος; foemininus in τέρα, et superl. in τάτη.

Neuter exit in τερον,* et τατον; ut in sequentibus exemplis apparet.

ας. Μέλας niger, μελάντερος nigrior, μελάντατος nigerrimus, *il negro, il più negro, il negrissimo.*

Μέλαινα nigra, μελαντέρα nigrior, μελαντάτη nigerrima, *la negra, la più negra, la negrissima.*

Μέλαν nigrum, μελάντερον nigrius, μελάντατον nigerrimum, *il negro, il più negro, il negrissimo.*

Sic τάλας miser, ταλάντερος miserior, ταλάντατος miserrimus, *il misero, il più misero, il miserrimo.*

ης. Ἀληθὴς ἀληθέστερος ἀληθέστατος verus verior verissimus, *il vero, il più vero, il verissimo.*

ὺς. Εὐρὺς εὐρύτερος εὐρύτατος latus latior latissimus, *il largo, il più largo, il larghissimo.*

---

3. Neutra denique in ον ex ων imparisyllabae declinationis comparantur non secus ac, si neutrum esset in ονες: ut σοφρον *prudens* σοφρονέστερος, α, ον; σοφρονέστατος, η, ον.

εις. Χαρίεις χαριέστερος χαριέστατος venustus venustior venustissimus, *il grazioso, il più grazioso, il graziosissimo.*

ος. Σοφὸς σοφώτερος σοφώτατος sapiens sapientior sapientissimus, *il savio, il più savio, il savissimo.*

ους. Α'πλοῦς ἁπλούστερος ἁπλούστατος simplex simplicior simplicissimus, *il semplice, il più semplice, il semplicissimo.*

ων. Εὐδαίμων εὐδαιμονέστερος εὐδαιμονέστατος felix felicior felicissimus, *il felice, il più felice, il felicissimo.*

Irregulariter comparantur.

Α'γαθὸς, *bonus*,
- ἀμείνων melior *migliore*, ἀγαθώτατος optimus *ottimo.*
- ἀρείων ἄριστος.
- βελτίων βέλτιστος.
- κρείττων κράτιστος.
- λώων λῷστος.

Κακὸς, *malus*,
- κακίων pejor *peggiore*, κάκιστος pessimus *pessimo.*
- χείρων χείριστος.
- χερείων.

Μέγας μείζων μέγιστος magnus major maximus *grande maggiore massimo.*

Μεγάλη μείζων μεγίστη magna major maxima.

Μέγα μεῖζον μέγιστον magnum majus maximum.

Μικρὸς, *parvus*, { μικρότερος minor *minore*, μικρότατος minimus *minimo*. / ἐλάττων ἐλάχιστος. / ἥττων / μείων. }

Καλὸς καλλίων κάλλιστος pulcher etc. *il bello etc.*

Αἰσχρὸς αἰσχίων αἴσχιστος turpis etc. *il brutto etc.*

Φίλος amicus etc. φίλτερος φίλτατος per syncopen pro φιλότερος φιλότατος *l' amico etc.*

Ἐχθρὸς ἐχθίων ἔχθιστος inimicus etc. *l' inimico etc.*

Πολὺς πλέιων πλεῖστος multus etc. *il molto ec.*

Ῥᾴδιος ῥᾴων ῥᾷστος facilis etc. *il facile etc.*

Λάλος λαλίστερος λαλίστατος loquax etc. *il loquace. etc.*

Ἴδιος ἰδιαίτερος ἰδιαίτατος proprius etc. *il proprio etc.*

Βαθὺς βαθίων βάθιστος profundus etc. *il profondo. etc.*

Βαθεῖα βαθίων βαθίστη profunda etc. *la profonda etc.*

Βαθὺ βαθίον βάθιστον profundum etc. *il profondo etc.*

Γλυκὺς γλυκίων γλύκιστος dulcis etc. *il dolce etc.*

Ἡδὺς ἡδίων ἥδιςος suavis etc. *il soave etc.* et horum similia oxytona in υς, quae per υτερος et υτατος, et per ιων et ιςος comparantur.

DE PRONOMINE.

Pro media classe grammaticae.

CAPUT VII.

Tria sunt pronomina primitiva ἐγὼ, σὺ, οὗ : ego tu, sui: *io, tu, di se.*

Paradigma primae personae.

Sing. Nom. ἐγὼ ego *io.*
Gen. ἐμοῦ *di me.*
Dat. ἐμοὶ *a me.*
Acc. ἐμὲ *me.* Et per aphaeresin μοῦ μοὶ μέ.
Dual. Nom. et Acc. νῶ *noi due.*
Gen. et Dat. νῷν *di noi, a noi due.*
Plur. Nom. ἡμεῖς *noi.*
Gen. ἡμῶν *di noi.*
Dat. ἡμῖν *a noi.*
Acc. ἡμᾶς *noi.*

Paradigma secundae personae.

Sing. Nom. σὺ *tu.*
Gen. σοῦ *di te.*
Dat. σοὶ *a te.*
Acc. σὲ *te.*

Dual. Nom. et Accus. σφῶ *voi due.*
Gen. et Dat. σφῶν *di voi, a voi due.*
Plur. Nom. ὑμεῖς *voi.*
Gen. ὑμῶν *di voi.*
Dat. ὑμῖν *a voi.*
Acc. ὑμᾶς *voi.*

Paradigma tertiae personae.

Sing. Gen. ȣ̃ sui *di se.*
Dat. οἷ *a se.*
Acc. ἓ *se.*
Dual. Nom. et Acc. σφὲ *eglino, o loro due.*
Gen. et Dat. σφὶν *di loro, a loro due.*
Plur. Nom. σφεῖς *eglino.*
Gen. σφῶν *di loro.*
Dat. σφίσι *a loro.*
Acc. σφᾶς *loro.*

Pronomina possessiva.

Octo sunt possessiva ἐμὸς ἐμὴ ἐμὸν meus mea meum *il mio la mia il mio*: σὸς σὴ σὸν tuus tua tuum *il tuo la tua il tuo*: ὃς ἣ ὃν suus sua suum *il suo la sua il suo* νωΐτερος noster de duobus *di noi due*: σφωΐτερος vester de duobus *di voi due*: ἡμέτερος noster *nostro*: ὑμέτερος vester *vostro*: σφέτερος suus *di loro*. Masculina declinantur ut λόγος. Foeminina in η, ut τιμή; in ρα ut ἡ μοῖρα. Neutra ut ξύλον.

Pronomina demonstrativa.

Demonstrativa duo sunt : ȣ̃τος hic *questo*, ἐκεῖνος ille *quegli* : et hoc modo inflectuntur.

Singularis Numerus.

Nom. ȣ̃τος αὕτη τȣ̃το hic haec hoc, *questi questa questo.*
Gen. τȣ́τȣ ταύτης τȣ́τȣ *di questo di questa di questo.*
Dat. τȣ́τῳ ταύτῃ τȣ́τῳ *a questo a questa a questo.*
Acc. τȣ̃τον ταύτην τȣ̃το *questo quésta questo.*
Voc. ὦ ȣ̃τος *olà tu.*

Dualis Numerus.

Nom. Acc. τȣ́τω ταύτα τȣ́τω *questi due, e queste due.*
Gen. et Dat. τȣ́τοιν ταύταιν τȣ́τοιν *di questi, o a questi di queste, o a queste due.*

Pluralis Numerus.

Nom. ȣ̃τοι αὗται ταῦτα *questi queste queste cose.*
Gen. τȣ́των *di questi di queste di queste cose.*
Dat. τȣ́τοις ταύταις τȣ́τοις *a questi a queste a queste cose.*
Acc. τȣ́τους ταύτας ταύτα *questi queste queste cose.*

Masculinum ἐκεῖνος ille *quegli.*

Foemininum ἐκείνη *quella.*

Neutrum ἐκεῖνο *quello*, ut ὁ λόγος ἡ τιμὴ τὸ ξύλον.

Relativum pronomen unum est: αὐτος αὐτὴ αὐτὸ is ea id, vel ipse ipsa ipsum; *questi questa questo*, ovvero *esso essa esso.*

Et cum articulo ὁ αὐτὸς ἡ αὐτὴ τὸ αὐτὸ idem eadem idem *il medesimo la medesima il medesimo.*

Ab hoc tria nascuntur composita: ἐμαυτοῦ meimetipsius *di me stesso*: σεαυτοῦ tuimetipsius *di te stesso*: ἑαυτοῦ suimetipsius *di se stesso.*

Pronomina composita.

Composita primae et secundae personae inflectuntur tantum in singulari, carentque nominativo.

ἐμαυτοῦ.

Gen. ἐμαυτοῦ ἐμαυτῆς ἐμαυτοῦ meimetipsius *di me stesso di me stessa di me stesso.*

Dat. ἐμαυτῷ ἐμαυτῇ ἐμαυτῷ mihimetipsi *a me stesso a me stessa a me stesso.*

Acc. ἐμαυτὸν ἐμαυτὴν ἐμαυτὸ memetipsum memetipsam memetipsum *me stesso me stessa me stesso.*

σεαυτȣ̃.

Gen. σεαυτȣ̃ σεαυτῆς σεαυτȣ̃ tuimetipsius *di te stesso di te stessa di te stesso.*
Dat. σεαυτῷ σεαυτῇ σεαυτῷ tibimetipsi *a te stesso a te stessa a te stesso.*
Acc. σεαυτὸν σεαυτὴν σεαυτὸ temetipsum temetipsam temetipsum *te stesso etc.*

ἑαυτȣ̃.

Compositum tertiae Personae in singulari et plurali inflectitur.

In singulari.

Gen. ἑαυτȣ̃ ἑαυτῆς ἑαυτȣ̃ suimetipsius *di se stesso di se stessa di se stesso.*
Dat. ἑαυτῷ ἑαυτῇ ἑαυτῷ sibimetipsi *a se stesso etc.*
Acc. ἑαυτὸν ἑαυτὴν ἑαυτὸ semetipsum semetipsam semetipsum *se stesso se stessa se stesso.*

In plurali.

Gen. ἑαυτῶν et σφῶν αὐτῶν suimetipsorum suimetipsarum suimetipsorum *di se stessi di se stesse di se stessi.*
Dat. ἑαυτοῖς et σφίσιν αὐτοῖς : ἑαυταῖς et σφίσιν αὐταῖς : ἑαυτοῖς et σφίσιν αὐτοῖς : sibimetipsis *a se stessi.*

Acc. ἑαυτὰς et σφᾶς αὐτὰς : ἑαυτὰς et σφὰς αὐτὰς : ἑαυτὰ : seimetipsos seimetipsas semetipsa *se stessi se stesse se stessi* (α).

(α) Pronomina proprie dividuntur

1. In personalia ἐγὼ *ego*, σὺ *tu*, οὗ sui quibuscum recensetur et indefinitum τὶς καὶ τὶ *quidam quaedam quoddam.*

2. In demonstrativa : οὗτος, ταύτη, τοῦτο ; ὅδε, ἥδε, τόδε *hic haec hoc* ; ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο *ille illa illud* : αὐτος αὐτη αὐτο *ipse ipsa ipsum.*

3. In relativum ὃς ἣ ὃ *qui quae quod.*

Pronomen indefinitum τὶς τίνος sequitur imparisyllabam declinationem relativum, et demonstrativa sequuntur articulum : immo demonstrativum οὗτος usque adeo articulum sequitur, ut etiam assumat initiale τ ubicumque assumitur ab articulo. Ita :

ὁ	ἡ	τὸ
τοῦ	τῆς	τοῦ etc.
οὗτος	αὕτη	τοῦτο
τούτου	ταύτης	τούτου etc.

DE VERBO SUBSTANTIVO

ET DE CONIUGATIONIBUS BARYTONIS.

Pro infima classe gramaticae.

CAP. VIII.

ADMONITIO.

Quoniam et verba barytona verbo substantivo alicubi supplentur; et paulo provectioribus nonnihil etiam in secunda, seu intermedia classe grammaticae ex facili aliquo scriptore interpretandum proponitur; utrique rei prope necessarium videtur, si in ipso vestibulo verborum barytonorum substantivum verbum ita collocetur, ut nudum a tyronibus ediscatur.

Verbum substantivum εἰμὶ ita declinabitur.

INDICATIVI MODI TEMPUS PRAESENS.

Sing. εἰμὶ sum *io sono* : εἷς, vel εἶ *tu sei* : ἐςὶ *quegli è.*

Dual. ἐςὸν *voi due siete* : ἐςὸν *quelli due sono.*

Plur. ἐσμὲν *noi siamo* : ἐςὲ *voi siete* : εἰσὶ *quelli sono.*

PRAETERITUM IMPERFECTUM.

Sing. ἦν *io era:* ἦς *tu eri:* ἦ, vel ἦν *quegli era.*
Dual. ἦτον *voi due eravate :* ἤτην *quelli due erano.*
Plur. ἦμεν *noi eravamo :* ἦτε *voi eravate :* ἦσαν *quelli erano.*

PLUSQUAM PERFECTUM.

Sing. ἤμην *io era stato :* ἦσο *tu eri stato :* ἦτο *quegli era stato.*
Dual. ἤμεθον *noi due eravamo stati :* ἦσθον *voi due eravate stati :* ἤσθην *quelli due erano stati.*
Plur. ἤμεθα *noi eravamo stati :* ἦσθε *voi eravate stati :* ἦντο *quelli erano stati.*

FUTURUM.

Sing. ἔσομαι *io sarò :* ἔσῃ *tu sarai :* ἔσεται et per syncopen ἔϛαι *quegli sarà.*
Dual. ἐσόμεθον *noi due saremo :* ἔσεσθον *voi due sarete :* ἔσεσθον *quelli due saranno.*
Plur. ἐσόμεθα *noi saremo :* ἔσεσθε *voi sarete :* ἔσονται *quelli saranno.*

IMPERATIVI PRAESENS.

Sing. ἴσθι *vel* ἔσο *sii tu :* ἔϛω *sia quegli.*
Dual. ἔϛον *siate voi due :* ἔϛων *sieno quelli due.*
Plur. ἔϛε *siate voi :* ἔϛωσαν *siano quelli.*

OPTATIVI PRAESENS.

Sing. εἴθε εἴην *fossi io* : εἴης *fossi tu* : εἴη *fosse quegli.*
Dual. εἴητον *foste voi due* : εἰήτην *fossero quelli due.*
Plur. εἴημεν *fossimo noi* : εἴητε *foste voi* : εἴησαν et per sincopen εἶεν *fossero quelli.*

FUTURUM.

Sing. εἴθε ἐσοίμην *sia io* : ἔσοιο *sia tu* : εἴσοιτο *sia quegli.*
Dual. ἐσοίμεθον *siamo noi due* : ἔσοισθον *siate voi due* : ἐσοίσθην *siano quelli due.*
Plur. ἐσοίμεθα *siamo noi* : ἔσοισθε *siate voi:* ἔσοιντο *siano quelli.*

CONJUNCTIVI PRAESENS.

Sing. ἐὰν ὦ *se io sia* : ᾖς *tu sia* : ᾖ *quegli sia.*
Dual. ἦτον *voi due siate* : ἦτον *quelli due siano.*
Plur. ὦμεν *noi siamo* : ἦτε *voi siate* : ὦσι *quelli siano.*

INFINITIVI PRAESENS.

Εἶναι *essere, o che io sono, che tu sei che quegli è ecc.*
Futurum ἔσεσθαι *dover essere; o che io sarò, che tu sarai, che quegli sarà ecc.*

Particip. praes. Masc. ὁ ὢν *colui che è* : τοῦ ὄντος *di colui che è ecc.*

Foem. ἡ οὖσα *colei che è* : τῆς οὔσης *di colei che è ecc.*

Neut. τὸ ὂν *ciò che è* : τοῦ ὄντος *di ciò che è ecc.*

Fut. Masc. ὁ ἐσόμενος *colui che sarà* : τοῦ ἐσομένου *di colui che sarà ecc.*

Foem. ἡ ἐσομένη *colei che sarà* : τῆς ἐσομένης *di colei che sarà ecc.*

Neut. τὸ ἐσόμενον *ciò che sarà* : τοῦ ἐσομένου *che sarà ecc.* (α).

(α) Praeponitur verbum substantivum non tantum quod auxiliare verbum sit, verum etiam commune veluti paradigma verborum tum in ω, tum in μι desinentium. Nam

1. Verba utriusque formae primâ dualis numeri personâ carent, quum prima pluralis in -μεν desinit, ut ἐσμέν.

2. In utriusque formae verbis tertia dualis est eadem cum secundâ, si tertia pluralis desinit in -ι, ut εἰσι.

3. In utriusque formae verbis conjunctivi tempora easdem habent terminationes, ac verbum εἰμὶ, ut τυπτῶ, τυπτῇς, τυπτῇ.

4. Tempus praesens, binaque barytonorum passivae vocis futura flectuntur per omnes modos, ut futurum ἔσομαι.

5. Bini barytonorum passivae vocis aoristi fle-

Conjugationes barytonae sunt sex distinctae literis characteristicis, tanquam notis quibusdam et signis. Quae literae diligenter in praesenti, futuro, et praeterito perfecto observandae sunt; ab his enim tribus temporibus reliqua pendent.

Characteristicae primae conjugationis.

PRAESENTIS.

π τέρπω delecto *io diletto.*
β λείβω libo *io gusto leggiermente*, ovvero *sacrifico.*
φ γράφω scribo *io scrivo.*
πτ τύπτω verbero *io batto.*

FUTURI.

ψ τέρψω delectabo *io diletterò*
λείψω libabo *io gusterò*, o *sacrificherò.*
γράψω scribam *io scriverò.*
τύψω verberabo *io batterò.*

---

ctuntur in indicativo ut imperf. ἦν, in optativo ut εἴην.

6. Participia barytonorum activa, exceptis aor. 1. et praeteriti participiis, desinunt, ut participium praesentis ὤν, οὖσα, ὄν; participia passivae vocis, ut participium futuri ἐσόμενος-η-ον. Quae sunt masculini, vel neutrius generis juxta imparisyllabam declinantur, quae generis foeminini juxta secundam simplicium.

PRAETERITI.

φ
- τέτερφα delectavi *io ho dilettato.*
- λέλειφα libavi *io ho gustato ovvero sacrificato.*
- γέγραφα scripsi *io ho scritto.*
- τέτυφα verberavi *io ho battuto.*

Characteristicae secundae conjugationis.

PRAESENTIS.

- γ λέγω dico *io dico.*
- κ πλέκω plico *io piego.*
- χ τρέχω curro *io corro.*
- κτ τικτω pario *io partorisco.*

FUTURI.

ξ
- λέξω dicam *io dirò.*
- πλέξω plicabo *io piegherò.*
- τρέξω curram *io correrò.*
- τέξω pariam *io partorirò.*

PRAETERITI.

χ
- λέλεχα dixi *io ho detto.*
- πέπλεχα plicui *io ho piegato.*
- τέτρεχα cucurri *io ho corso.*
- τετεχα peperi *io ho partorito.*

Characteristicae tertiae conjugationis.

PRAESENTIS.

δ ⎧ ᾄδω cano *io canto.*
τ ⎨ ἀνύτω perficio *io mando a fine.*
θ ⎩ πλήθω impleo *empisco.*

FUTURI.

σ ⎧ ᾄσω canam *io canterò.*
⎨ ἀνύσω perficiam *io manderò a fine.*
⎩ πλήσω implebo *io empirò.*

PRAETERITI.

κ ⎧ ἦκα cecini *io ho cantato.*
⎨ ἤνυκα perfeci *io ho mandato a fine.*
⎩ πέπληκα implevi *io ho compito.*

Caracteristicae quartae conjugationis.

PRAESENTIS.

ζ ⎧ παίζω ludo *io giuoco.*
σσ ⎩ ὀρύσσω fodio *io scavo.*

FUTURI.

ξ ⎧ παίξω ludam *io giuocherò.*
⎩ ὀρύξω fodiam *io scaverò.*

PRAETERITI.

χ ⎧ πέπαιχα lusi *io ho giuocato.*
⎩ ὤρυχα fodi *io ho scavato.*

PRAESENTIS.

ζ φράζω dico *io narro, ovvero espongo*
σσ πλάσσω fingo *io fingo, ovvero formo.*

FUTURI.

σ φράσω dicam *io narrerò.*
πλάσω fingam *io fingerò.*

PRAETERITI.

κ πέφρακα dixi *io ho narrato.*
πέπλακα finxi *io ho finto.*

Characteristicae quintae conjugationis.

PRAESENTIS.

λ ψάλλω psallo, vel cano *io canto.*
μ νέμω distribuo *io dispenso.*
ν φαίνω ostendo *io dimostro.*
ρ σπείρω sero *io semino.*
μν τέμνω scindo *io taglio.*

FUTURI.

λ ψαλῶ canam *io canterò.*
μ νεμῶ distribuam *io dispenserò*
ν φανῶ ostendam *io dimostrerò.*
ρ σπερῶ seram *io seminerò.*
μ τεμῶ scindam *io taglierò.*

PRAETERITI.

α	ἔψαλκα cecini *io ho cantato.* νενέμηκα distribui *io ho dispensato.* πέφαγκα ostendi *io ho dimostrato.* ἔσπαρκα sevi *io ho seminato.* τετέμηκα scidi *io ho tagliato.*

Characteristicae sextae conjugationis.

PRAESENTIS.

α	γελάω rideo *io rido.*
ε	τελέω finio *io finisco.*
ι	τίω honoro *io onoro.*
ο	ὀμόω juro *io giuro.*
υ	δύω ingredior *io entro.*
ω	ῥώω roboro *io fortifico.*
αι	παίω ferio *io ferisco.*
αυ	ψαύω tango *io tocco.*
ει	σείω quatio *io crollo.*
ευ	ἱππεύω equito *io cavalco.*
οι	οἴω puto, vel fero *io penso , o porto.*
ου	κρούω pulso *io busso.*
υι	ὀπυίω uxorem habeo *io ho moglie.*

FUTURI.

σ

γελάσω ridebo *io riderò.*
τελέσω finiam *io finirò.*
τίσω honorabo *io onorerò.*
ὀμόσω jurabo *io giurerò.*
δύσω ingrediar *io entrerò.*
ῥώσω roborabo *io fortificherò.*
παίσω feriam *io ferirò.*
ψαύσω tangam *io toccherò.*
σείσω quatiam *io crollerò.*
ἱππεύσω equitabo *io cavalcherò.*
οἴσω feram *io porterò.*
κρούσω pulsabo *io busserò.*
ὀπυίσω uxorem habebo *io avrò moglie.*

γεγέλακα risi *io ho riso.*
τετέλεκα finivi *io ho finito.*
τέτικα honoravi *io ho onorato.*
ὤμοκα juravi *io ho giurato.*
δέδυκα ingressus sum *io sono entrato.*
ἔῤῥωκα roboravi *io ho fortificato.*
πέπαικα sed proprie caret praet. *io ho ferito.*
κ ἔψαυκα tetigi *io ho toccato.*
σέσεικα concussi *io ho crollato.*
ἵππευκα equitavi *io ho cavalcato.*
ᾦκα putavi, vel tuli *io ho pensato, ovvero portato.*
κέκρȣκα pulsavi *io ho bussato.*
ὤπυικα uxorem habui *io ho avuto moglie* (α).

(α) Characteristicarum tabula brevissima.

	1.	2.	4.	3.	6.	5.
Praes.	π β φ	κ γ χ	ζ σσ ττ	τ δ θ	voc. vel diph.	λ μ ν ς
Futur.	ψ	ξ	σ			(῀)
Praet.	φ	χ	κ			

INDICATIVI PRAESENS.

Sing. τύπτω verbero *io batto* : τύπτεις *tu batti* : τύπτει *quegli batte*.

Characteristica est illa littera, quae praecedit ω finale; ex hac igitur tabula vides omnes fere consonas, et vocales esse posse praesentis characteristicas: futuri vero tantum σ: praeteriti denique φ, χ, κ, vel ut contendit Lennepius solum κ, quod in verbis primae, et secundae conjugationis euphoniae caussa in spiritum commutatur.

Quarta conjugatio ideo secundae, et tertiae est interposita, quia alterutrius characteristicas in futuro, et praeterito habere potest. Quum secundam sequitur mutat in aor. 2. et praeterito medio characteristicam praesentis in γ: quum sequitur tertiam, in δ, ita

κράζω *grido*	F.	κράξω	*griderò*
	A. 2.	ἔκραγον	*gridai*
	P.	κέκραχα	*ho gridato*
	P. m.	κέκραγα	*ho gridato*

φράζω *dico*	F.	φράσω	*dirò*
	A. 2.	ἔφραδον	*dissi*
	P.	πέφρακα	*ho detto*
	P. m.	πέφραδα	*ho detto*

Quinta sextae conjugationi postponitur, quia nullum in futuro habet sigma, sed ejus loco accentum circumflexum. Altera ex praesentis chara-

Dual. τύπτετον *voi due battete* : τύπτετον *quelli due battono.*

Plur. τύπτομεν *noi battiamo* : τύπτετε *voi battete* : τύπτουσι *quelli battono.*

ADMONITIO.

1 *Quanquam sex dicuntur esse barytonorum conjugationes, differunt tamen solis characteristicis literis, et in terminationibus conveniunt, quod secus fit apud Latinos. Quocirca qui verbum* τύπτω *novit inflectere facile quodvis aliud barytonum inflectet. Quae causa est, cur unum dumtaxat paradigma praescribi soleat.*

2 *Formationes hae, quamvis facillimae, huc a grammatica translatae; non tamen videntur initio rudibus adhuc omnino discipulis proponendae, sed ubi semel saltem totum verbum barytonum ediscendo decurrerint. Cum deinde recurrendum erit, tum vero, quam maxime rudi minerva, nullis*

---

cteristicis rejicitur, cum illa duplex est, ut σέλλω *mando*, σελῶ *manderò.*

Characteristicas πτ, κτ, μν non adduximus, quia secundae literae sunt adscititiae, ut in πτόλεμος pro πόλεμος *guerra*, πτόλις pro πόλις *città* : qua de causas nulla his in formatione temporum habetur ratio.

propemodum exceptionibus additis, ostendentur.

3 *Magister singulis personis jubebit discipulos vernaculas voces adjungere potius, quam latinas, quo facilius deinde illas in scriptoribus agnoscant.*

ADMONITIO.

1 Nullum tempus activae terminationis habet primam personam dualis numeri.

2 In praesenti, in perfecto, et futuris indicativi, et in toto conjunctivo secunda ac tertia dualis est eadem, in caeteris diversa.

IMPERFECTUM.

Sing. ἔτυπτον *io batteva:* ἔτυπτες *tu battevi:* ἔτυπτε *quegli batteva.*
Dual. ἐτύπτετον *voi duo battevate*: ἐτυπτέτην *quelli due battevano.*
Plur. ἐτύπτομεν *noi battevamo*: ἐτύπτετε *voi battevate*: ἔτυπτον *quelli battevano.*

1. Formatur a praesenti, ω mutato in ον, et praefixo augmento syllabico ε.

2. Augmentum duplex est: syllabicum, et temporale. Sillabicum convenit verbis a consonanti inchoatis, ut τύπτω, ἔτυπτον *io batteva:* γράφω, ἔγραφον *io scriveva* (α).

(α) Augmentum est quoddam veluti signum prae-

3. Temporale augmentum habent illa verba, quae inchoantur a vocali, aut diphtongo mutabili. Quae autem vocales, et diphthongi mutentur, et in quas, cernis in hac tabula.

VOCALES MUTABILES.

α	in	η.	ἀνύω ἤνυον perficio bam.
ε		η.	ἐλεύθω ἤλευθον venio bam.
ο		ω.	ὀπάζω ὤπαζον praebeo bam.

DIPHTHONGI MUTABILES.

αι	in	ῃ.	αἴρω ᾖρον tollo bam.
αυ		ηυ.	αὐξάνω ηὔξανον augeo bam.
οι		ῳ.	οἰκίζω ᾤκιζον aedifico bam.
ᾳ		ῃ.	ᾄδω ᾖδον cano bam (β).

---

teriti temporis; neque vero duplex, si Lennepio credas, sed unicum, et quidem ε, quod, quum verba a consonante inchoantur, praeponitur tantum; quum vero inchoantur a vocali, juxta contrahendi leges cum ipsa coalescit, ut *ἀνύω perficio*, (*ἐάνυον*) *ἤνυον perficiebam*, (*ἐάνυκα*) *ἤνυκα perfeci.* Hic tamen εο non in ου, sed in ω, uti εε quoque non in ει, sed in η plerumque contrahitur.

(β) Non est haec vocalium mutatio, sed contractio mera: vide contrahendi leges. Hoc unum est animadvertendum εο, et εε non in ου, et ει; sed in ω, et η coalescere.

Sing. Τέτυφα *io ho battuto* : τέτυφας *tu hai battuto* : τέτυφε *quegli ha battuto.*
Dual. Τετύφατον *voi due avete battuto* : τετύφατον *quelli due hanno battuto.*
Plur. Τετύφαμεν *noi abbiamo battuto* : τετύφατε *voi avete battuto*, τετύφασι *quelli hanno battuto.*

1. *Idem est initium imperfecti, perfecti, plusquam perfecti, et utriusque aoristi, si verbum inchoetur a vocali, aut diphthongo, vel etiam a duabus consonantibus, quarum posterior non sit liquida, vel a duplici* ζ, ξ, ψ; ἀνύω perficio, ἤνυον, ἤνυκα, ἠνύκειν: αἴρω tollo, ἦρον, ἦρκα, ἤρκειν: σπείρω sero ἔσπειρον, ἔσπαρκα, ἐσπάρκειν: ζέω bullio, ἔζεον, ἔζεκα: ψάλλω spallo, ἔψαλλον, ἔψαλκα.

2. Quod si verbum inchoatur ab una consonante simplici, vel a muta et liquida, in praeterito reperitur prima consonans praesentis: Τύπτω verbero *io batto*, ἔτυπτον, τέτυφα: γράφω scribo *io scrivo*, ἔγραφον, γέγραφα.

PLUSQUAM PERFECTUM.

Sing. ἐτετύφειν *io aveva battuto*: ἐτετύφεις *tu avevi battuto*: ἐτετύφει *quegli aveva battuto.*
Dual. ἐτετύφειτον *voi due avevate battuto* : ἐτετυφείτην *quelli due avevano battuto.*

Plur. ἐτετύφειμεν *noi avevamo battuto* : ἐτετύφειτε *voi avevate battuto* : ἐτετύφεισαν *quegli avevano battuto.*

Formatur a perfecto mutando α in ειν. Si perfectum inchoetur a consonante, praeponitur ε: ut τέτυφα, ἐτετύφειν: alias idem est utriusque principium ἤνυκα perfeci, ἠνύκειν perfeceram.

AORISTUS PRIMUS.

Sing. ἔτυψα *io battei* : ἔτυψας *tu battesti* : ἔτυψε *quegli battè.*

Dual. ἐτύψατον *voi due batteste* ; ἐτυψάτην *quelli due batterono.*

Plur. ἐτύψαμεν *noi battemmo* : ἐτύψατε *voi batteste* : ἔτυψαν *quelli batterono.*

1. Characteristica aoristi primi eadem est, quae futuri, a quo etiam formatur, converso ω in α, et praeposito augmento: τύψω, ἔτυψα.

2. Penultima aoristi primi eadem est, quae futuri; semperque natura, aut positione longa: παίω offendo *io offendo*, ἔπαισα offendi *io offesi* : λέγω dico *io dico*, ἔλεξα dixi *io dissi.*

3. *In quinta conjugatione, quae penultimam futuri brevem habet, mutandae sunt vocales futuri, ut hic vides.*

α	in	η	ψάλλω cano, *io canto* ψαλῶ, ἔψηλα *io cantai.*
αι		η	μιαίνω maculo *io macchio*, μιανῶ, ἐμίηνα *Attice.*
αι		α	μιαίνω, μιανῶ, ἐμιανα communiter, *io macchiai.*
ει		ει	στείρω sero *io semino*, σπερῶ, ἔσπειρα *io seminai.*
ε		ει	στέλλω mitto *io mando*, στελῶ, ἔστειλα, *io mandai.*

Reliquae vocales manent immutatae.

AORISTUS SECUNDUS.

Sing. ἔτυπον *io battei* : ἔτυπες *tu battesti* : ἔτυπε *quegli battè.*

Dual. ἐτύπετον *voi due batteste* : ἐτυπέτην *quelli due batterono.*

Plur. ἐτύπομεν *noi battemmo* : ἐτύπετε *voi batteste* : ἔτυπον *quelli batterono.*

Penultima aoristi secundi brevis est, ac ferme una ex ancipitibus. Sic autem mutantur vocales, et diphthongi praesentis.

η	in	α	λήβω, ἔλαβον accepi *io presi.*
ω			τρώγω, ἔτραγον comedi *io mangiai.*
αι			καίω, ἔκαον ussi *io abbruciai.*
αυ			παύω, ἔπαον sedavi *io quietai.*
ε			δέρω, ἔδαρον excoriavi *io scorticai.*
ου	in	ο	ἀκούω, ἤκοον audivi *io udii.*
ευ		υ	φεύγω, ἔφυγον fugi *io fuggii.*
ει		ι	λείπω, ἔλιπον reliqui *io lasciai.*

ADMONITIO.

Cum significatio aoristi utriusque sit eadem, et quidem in indicativo certe, frequentior tamen praeteriti perfecti indefiniti, ut plerique censent; italica vox videtur utrique respondere, quae hujusmodi quandam indefiniti praeteriti vim habet: feci, amai, dissi, lessi, credei, sperai, facesti, amasti, dicesti, leggesti, credesti, sperasti: *cujusmodi perfecti Italicae vocis si diligentius considerentur, ut aoristi Graeci ferme naturam penitus exprimunt, ita nomen quoque nanciscuntur, si a praeterito perfecto distinguantur.*

FUTURUM PRIMUM.

Sing. τύψω *io batterò*: τύψεις *tu batterai*: τύψει *quegli batterà.*

Dual. τύψετον *voi due batterete*: τύψετον *quelli due batteranno.*

Plur. τύψομεν *noi batteremo*: τύψετε *voi batterete*: τύψουσι *quelli batteranno.*

Habet futurum terminationem praesentis ω, εις, ει etc.

FUTURUM SECUNDUM.

Sing. τυπῶ *io batterò*: τυπεῖς *tu batterai*: τυπεῖ *quegli batterà.*

Dual. τυπεῖτον *voi due batterete* τυπεῖτον *quelli due batteranno.*

Plur. τυπῦμεν *noi batteremo*, τυπεῖτε *voi batterete*, τυπῦσι *quelli batteranno.*

Fit ab aoristo secundo, mutato ον in ῶ, et ablato augmento.

IMPERATIVI

PRAESENS, ET IMPERFECTUM.

Sing. τύπτε *batti tu*, τυπτέτω *batta quegli.*

Dual. τύπτετον *battete voi due* τυπτέτων *battano quelli due.*

Plur. τύπτετε *battete voi*, τυπτέτωσαν *battano quelli.*

A praes. ind. τύπτω, ω in ε mutato.

Nam extra indic. singula tempora formantur ab iisdem temporibus indicativi.

PERFECTUM, ET PLUSQUAM PERFECTUM.

Sing. τέτυφε *abbi tu battuto*, τετυφέτω *abbia quegli battuto.*

Dual. τετύφετον *abbiate voi due battuto*, τετυφέτων *abbiano quelli due battuto.*

Plur. τετύφετε *abbiate battuto voi*, τετυφέτωσαν *abbiano battuto quelli.*

Praeteritum perfectum ubique servat augmentum: aoristi vero extra indicativum minime.

Sing. τύψον *batti, o batterai tu:* τυψάτω *batta, o batterà quegli.*
Dual. τύψατον *battete, o batterete voi due:* τυψάτων *battano, o batteranno quelli due.*
Plur. τύψατε *battete, o batterete voi:* τυψάτωσαν *battano, o batteranno quelli.*
Aoristi extra indicativum non retinent augmentum.
Ab aoristo 1. indicativi ἔτυψα, α mutato in ον.

AORISTUS SECUNDUS.

Sing. τύπε *batti, o batterai tu:* τυπέτω *batta, o batterà quegli.*
Dual. τύπετον *battete, o batterete voi due:* τυπέτων *battano, o batteranno quelli due.*
Plur. τύπετε *battete, o batterete voi:* τυπέτωσαν *battano, o batteranno quelli.*
Ab aoristo 2. indicativi ἔτυπον, ον mutato in ε (α).

(α) In omnibus imperativi personis dominatur ε, praeterquam in aoristo primo, ubi servatur α: tertiae personae per ω desinunt.

Imperativus caret prima persona, caret etiam futuro: cujus loco usurpatur aoristus.

OPTATIVI PRAESENS, ET IMPERFECTUM.

Sing. εἴθε τύπτοιμι *batta, o battessi io*: τύπτοις *batta, o battessi tu*: τύπτοι *batta, o battesse quegli.*

Dual. τύπτοιτον *battiate, o batteste voi due*: τυπτοίτην *battano, o battessero quelli due.*

Plur. τύπτοιμεν *battiamo, o battessimo noi*: τύπτοιτε *battiate, o batteste voi*: τύπτοιεν *battano, o battessero quelli.*

A praes. indic. τύπτω, mutato ω in οιμι.

PERFECTUM, ET PLUSQUAM PERFECTUM.

Sing. εἴθε τετύφοιμι *abbia, o avessi battuto io*: τετύφοις *abbi, o avessi battuto tu*: τετύφοι *abbia, o avesse battuto quegli.*

Dual. τετύφοιτον *abbiate, o aveste battuto voi due*: τετυφοίτην *abbiano, o avessero battuto quelli due.*

Plur. τετύφοιμεν *abbiamo, o avessimo battuto noi*: τετύφοιτε *abbiate, o aveste battuto voi*: τετύφοιεν *abbiano, o avessero battuto quelli.*

Ex τέτυφα, α mutato in οιμι.

Sing. εἴθε τύψαιμι *abbia battuto io* : τύψαις *abbi battuto tu* : τύψαι *abbia battuto quegli.*
Dual. τύψαιτον *abbiate battuto voi due* : τυψαίτην *abbiano battuto quelli due.*
Plur. τύψαιμεν *abbiamo battuto noi* : τύψαιτε *abbiate battuto voi* : τύψαιεν *abbiano battuto quelli.*
Ex ἐτύψα, ablato augmento, et α in αιμι mutato.

AORISTUS SECUNDUS.

Sing. εἴθε τύποιμι *abbia battuto io* : τύποις *abbi battuto tu*: τύποι *abbia battuto quegli.*
Dual. τύποιτον *abbiate battuto voi due* : τυποίτην *abbiano battuto quelli due.*
Plur. τύποιμεν *abbiamo battuto noi*: τύποιτε *abbiate battuto voi* : τύποιεν *abbiano battuto quelli.*
Ex ἔτυπον, abjecto augmento, et mutato ον in οιμι.

FUTURUM PRIMUM.

Sing. εἴθε τύψοιμι *batta io* : τύψοις *batta tu*: τύψοι *batta quegli.*
Dual. τύψοιτον *battiate voi due* : τυψοίτην *battano quelli due.*

Plur. τύψοιμεν *battiamo noi* : τύψοιτε *battiate voi* : τύψοιεν *battano quelli.*

Ex τύψω, ω mutato in οιμι.

FUTURUM SECUNDUM.

Sing. εἴθε τυποῖμι *batta io* : τυποῖς *batta tu* : τυποῖ *batta quegli.*
Dual. τυποῖτον *battiate voi due* : τυποίτην *battano quelli due.*
Plur. τυποῖμεν *battiamo noi* : τυποῖτε *battiate voi* : τυποῖεν *battano quelli.*

Ex τυπῶ, ῶ mutato in οῖμι.

AORISTUS AEOLICUS.

Sing. εἴθε τύψεια *abbia battuto io* : τύψειας *abbi battuto tu* : τύψειε *abbia battuto quegli.*
Dual. τυψείατον *abbiate battuto voi due* : τυψειάτην *abbiano battuto quelli due.*
Plur. τυψείαμεν *abbiamo battuto noi* : τυψείατε *abbiate battuto voi* : τύψειαν *abbiano battuto quelli.*

Ab ἔτυψα, remoto augmento, et inserto ει ante α : caeterum eadem plane flectitur ratione, ut in indicativo.

Penultima in optativis est in οι, sed primus aoristus activus habet αι.

Secundum futurum circumflectit ultimam

CONJUNCTIVI PRAESENS, ET IMPERFECTUM.

Sing. ἐὰν τύπτω *s' iò batta, o battessi* : τύ-
πτῃς *se tu batta, o battessi* : τύπτῃ *se quegli batta, o battesse.*
Dual. τύπτητον *se voi due battiate, o bat-
teste* : τύπτητον *se quelli due battano, o battessero.*
Plur. τύπτωμεν *se noi battiamo, o battessimo* :
τύπτητε *se voi battiate, o batteste*: τύπτωσι *se quelli battano, o battessero.*

Ab indic. τύπτω.

PERFECTUM, ET PLUSQUAM PERFECTUM.

Sin. ἐὰν τετύφω *s' io abbia, o avessi bat-
tuto* : τετύφῃς *se tu abbi, o avessi battuto*:
τετύφῃ *se quegli abbia, o avesse battuto.*
Dual. τετύφητον *se voi due abbiate, o ave-
ste battuto* : τετύφητον *se quelli due ab-
biano, o avessero battuto.*
Plur. τετύφωμην *se noi abbiamo, o avessi-
mo battuto* : τετύφητε *se voi abbiate, o
aveste battuto*: τετύφωσι *se quelli abbiano,
o avessero battuto.*

Ex τέτυφα, α mutato in ω.

AORISTUS PRIMUS.

Sing. ἐὰν τύψω *s' io batta, batterò, o se avrò
battuto*: τύψῃς *se tu batterai, o avrai battu-*

to : τύψῃ *se quegli batterà , o avrà battuto.*

Dual. τύψητον *se voi due batterete , o avrete battuto :* τύψητον *se quelli due batteranno , o avranno battuto.*

Plur. τύψωμεν *se noi batteremo , o avremo battuto :* τύψητε *se voi batterete , o avrete battuto :* τύψωσι *se quelli batteranno , o avranno battuto.*

Ex ἔτυψα , α in ω mutato , et rejecto augmento.

AORISTUS SECUNDUS.

Sing. ἐὰν τύπω *se io batta, batterò, o avrò battuto :* τύπῃς *se tu batterai, o avrai battuto :* τύπῃ *se quegli batterà , o avrà battuto.*

Dual. τύπητον *se voi due batterete , o avrete battuto :* τύπητον *se quelli due batteranno , o avranno battuto.*

Plur. τύπωμεν *se noi batteremo , o avremo battuto:* τύπητε *se voi batterete, o avrete battuto :* τύπωσι *se quelli batteranno , o avranno battuto.*

Ex ἔτυπον , ον in ω mutato , et augmento remoto.

Hic quoque , ut in imperativo , aoristus etiam futuri munere fungitur.

Primae personae, et tertia pluralis habent ω , secunda , et tertia singularis ῃ diphthongum , caeterae η vocalem.

INFINITIVI PRAESENS, ET IMPERFECTUM.

Τύπτειν *battere.*

Ex τύπτω, ω in ειν mutato.

PERFECTUM, ET PLUSQUAM PERFECTUM.

Τετυφέναι *aver battuto.*

Ex τέτυφα, ω in εναι mutato.

AORISTUS PRIMUS.

Τύψαι *battere, o aver battuto.*

Ex ἔτυψα, abjecto augmento, et addito ι.

AORISTUS SECUNDUS.

Τυπεῖν *battere, o aver battuto.*

Ex ἔτυπον, abjecto augmento, et mutato ον in εῖν.

FUTURUM PRIMUM.

Τύψειν *aver da battere.*

Ex τύψω, ω in ειν mutato.

FUTURUM SECUNDUM.

Τυπεῖν *dover battere.*

Ex τυπῶ, ῶ in εῖν mutato.

PARTICIPIA

PRAESENTIS, ET IMPERFECTI.

ὁ τύπτων, τοῦ τύπτοντος *colui che batte, o batteva ecc.*
ἡ τύπτουσα, τῆς τυπτούσης *colei che batte, o batteva ecc.*
τὸ τύπτον, τοῦ τύπτοντος, *ciò che batte, o batteva ecc.*
Ex τύπτω, addito ν.

PERFECTI ET PLUSQUAM PERFECTI.

ὁ τετυφὼς, τοῦ τετυφότος *colui che ha battuto ecc.*
ἡ τετυφυῖα, τῆς τετυφυίας *colei che ha battuto ecc.*
τὸ τετυφὸς, τοῦ τετυφότος *ciò che ha battuto ecc.*
Ex τέτυφα, α in ας mutato.

AORISTI PRIMI.

ὁ τύψας, τοῦ τύψαντος *colui che battè ecc.*
ἡ τύψασα, τῆς τυψάσης *colei che battè ecc.*
τὸ τύψαν, τοῦ τύψαντος *ciò che battè ecc.*
Ex ἔτυψα, ablato augmento, et addito ς.

AORISTI SECUNDI.

ὁ τυπὼν, τοῦ τυπόντος *colui che battè ecc.*
ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης *colei che battè ecc.*

τὸ τυπὸν, τȣ̃ τυπόντος *ciò che battè ecc.*
Ex ἔτυπον, ablato augmento, et mutato ον in αν.

FUTURI PRIMI.

ὁ τύψων, τȣ̃ τύψοντος *colui che batterà, o dovrà battere ecc.*
ἡ τύψȣσα, τῆς τυψȣ́σης *colei che batterà ecc.*
τὸ τύψον, τȣ̃ τύψοντος *ciò che batterà ecc.*
Ex τύψω, addito ν.

FUTURI SECUNDI.

ὁ τυπῶν, τȣ̃ τυπȣ̃ντος *colui che batterà, o dovrà battere ecc.*
ἡ τυπȣ̃σα, τῆς τυπȣ́σης *colei che batterà ecc.*
τὸ τυπȣ̃ν, τȣ̃ τυπȣ̃ντος *ciò che batterà ecc.*
Ex τυπῶ, addito ν.
Participia masculina, et neutra declinantur, ut nomina quintae simplicium; foeminina, ut secundae.

VERBUM PASSIVUM.

INDICATIVI PRAESENS.

Sing. τύπτομαι *io sono battuto:* τύπτῃ *tu sei battuto:* τύπτεται *quegli è battuto.*
Dual. τυπτόμεθον *noi due siamo battuti:* τύπτεσθον *voi due siete battuti;* τύπτεσθον *quelli due sono battuti.*

Plur. τυπτόμεθα *noi siamo battuti*: τύπτεσθε *voi siete battuti*: τύπτονται *quelli sono battuti.*

ADNOTATIO.

In toto passivo est prima dualis, exceptis aoristis.

IMPERFECTUM.

Sing. ἐτυπτόμην *io era battuto*: ἐτύπτȣ *tu eri battuto*: ἐτύπτετο *quegli era battuto.*
Dual. ἐτυπτόμεθον *noi due eravamo battuti*: ἐτύπτεσθον *voi due eravate battuti*: ἐτυπτέσθην *quelli due erano battuti.*
Plur. ἐτυπτόμεθα *noi eravamo battuti*: ἐτύπτεσθε *voi eravate battuti*: ἐτύπτοντο *quelli erano battuti.*

Ab ἔτυπτον, mutato ον in όμην.

PERFECTUM.

Sing. τέτυμμαι *io sono stato battuto*: τέτυψαι *tu sei stato battuto*: τέτυπται *quegli è stato battuto.*
Dual. τέτυμμεθον *noi due siamo stati battuti*: τέτυφθον *voi due siete stati battuti*: τέτυφθον *quelli due sono stati battuti.*
Plur. τετύμμεθα *noi siamo stati battuti*: τέτυφθε *voi siete stati battuti*: τετυμμένοι εἰσί *quelli sono stati battuti.*

PLUSQUAM PERFECTUM.

Sing. ἐτετύμμην *io era stato battuto* : ἐτέτυψο *tu eri stato battuto* : ἐτέτυπτο *quegli era stato battuto.*
Dual. ἐτετύμμεθον *noi due eravamo stati battuti* : ἐτέτυφθον *voi due eravate stati battuti* : ἐτετύφθην *quelli due erano stati battuti.*
Plur. ἐτετύμμεθα *noi eravamo stati battuti* : ἐτέτυφθε *voi eravate stati battuti* : τετυμμένοι ἦσαν *quelli erano stati battuti.*

AORISTUS PRIMUS.

Sing. ἐτύφθην *io fui battuto* : ἐτύφθης *tu fosti battuto* : ἐτύφθη *quegli fu battuto.*
Dual. ἐτύφθητον *voi due foste battuti* : ἐτυφθήτην *quelli due furono battuti.*
Plur. ἐτύφθημεν *noi fummo battuti* : ἐτύφθητε *voi foste battuti* : ἐτύφθησαν *quelli furono battuti* (α).

Formatur a tertia perfecti, mutatis tenuibus in suas aspiratas, ut hic π in φ : τ in θ : et αι in ην, abjecta reduplicatione.

Sic λέλεκται, ἐλέχθην, ἐλέχθης, a λέγω dico : πέπεισται, ἐπείσθην, a πείθω persuadeo *io persuado* : ὤρυκται, ὠρύχθην, ab

(α) Uterque aoristus passivus flectitur ubique, ut imperfectum ἦν *io era.*

ὀρύττω fodio *io scavo*: ἔψαλται, ἐψάλθην, a ψάλλω cano *io canto*: γεγέλασται, ἐγελάσθην, a γελάω rideo *io rido*.

AORISTUS SECUNDUS.

Sing. ἐτύπην *io fui battuto*: ἐτύπης *tu fosti battuto*: ἐτύπη *quegli fu battuto.*
Dual. ἐτύπητον *voi due foste battuti*: ἐτυπήτην *quelli due furono battuti.*
Plur. ἐτύπημεν *noi fummo battuti*: ἐτύπητε *voi foste battuti*: ἐτύπησαν *quelli furono battuti.*
Ab activo, mutando ον in ην, ἔτυπον, ἐτύπην.

FUTURUM PRIMUM.

Sing. τυφθήσομαι *io sarò battuto*: τυφθήσῃ *tu sarai battuto*: τυφθήσεται *quegli sarà battuto.*
Dual. τυφθησόμεθον *noi due saremo battuti*: τυφθήσεσθον *voi due sarete battuti*: τυφθήσεσθον *quelli due saranno battuti.*
Plur. τυφθησόμεθα *noi saremo battuti*: τυφθήσεσθε *voi sarete battuti*: τυφθήσονται *quelli saranno battuti.*
Ab aoristo primo, ην mutato in ήσομαι, et augmento abjecto, ἐτύφθην, τυφθήσομαι; vel a tertia persona, addito σομαι, et augmento rejecto.

FUTURUM SECUNDUM.

Sing. τυπήσομαι *io sarò battuto* : τυπήσῃ *tu sarai battuto* : τυπήσεται *quegli sarà battuto.*

Dual. τυπησόμεθον *noi due saremo battuti* : τυπήσεσθον *voi due sarete battuti* : τυπήσεσθον *quelli due saranno battuti.*

Plur. τυπησόμεθα *noi saremo battuti* : τυπήσεσθε *voi sarete battuti* : τυπήσονται *quelli saranno battuti.*

Ab aoristo secundo, ην mutando in ήσομαι, ἐτύπην, τυπήσομαι augmento remoto.

PAULO POST FUTURUM.

Sing. τετύψομαι *io frappoco sarò battuto* : τετύψῃ *tu frappoco sarai battuto* : τετύψεται *quegli frappoco sarà battuto.*

Dual. τετυψόμεθον *noi due frappoco saremo battuti* : τετύψεσθον *voi due frappoco sarete battuti* : τετύψεσθον *quelli due frappoco saranno battuti.*

Plur. τετυψόμεθα *noi frappoco saremo battuti* : τετύψεσθε *voi frappoco sarete battuti* : τετύψονται *quelli frappoco saranno battuti.*

Formantur a secunda persona praeteriti perfecti passivi singularis numeri, interposito ομ; τέτυψαι, τετύψομαι : λέλεξαι, λελέξο-

μαι: vel a secunda singulari plusq. perf. ablato altero augmento, et addito μαι: ἐτέτυψο, τετύψομαι.

IMPERATIVI PRAESENS, ET IMPERFECTUM.

Sing. τύπτου *sii battuto tu*: τυπτέσθω *sia battuto quegli.*
Dual. τύπτεσθον *siate battuti voi due*: τυπτέσθων *siano battuti quelli due.*
Plur. τύπτεσθε *siate battuti voi*: τυπτέσθωσαν *siano battuti quelli.*
Fit a secunda persona imperfecti indicativi, ablato augmento, ἐτύπτου, τύπτου.

PERFECTUM ET PLUSQUAM PERFECTUM.

Sing. τέτυψο *sii tu stato battuto*: τετύφθω *sia quegli stato battuto.*
Dual. τέτυφθον *siate voi due stati battuti*: τετύφθων *siano quelli due stati battuti.*
Plur. τέτυφθε *siate voi stati battuti*: τετύφθωσαν *siano quelli stati battuti.*

Secunda persona fit a secunda singulari praeteriti indicativi: τέτυψαι, τέτυψο: vel a secunda persona plusquam perfecti indicativi ablato augmento, ἐτέτυψο, τέτυψο. Tertia fit a tertia duali ablato ε, et mutato ην in ω, ἐτετύφθην, τετύφθω.

AORISTUS PRIMUS.

Sing. τύφθητι *sia, o sarai battuto tu*: τυφθήτω *sarà battuto quegli.*
Dual. τύφθητον *sarete battuti voi due* : τυφθήτων *saranno battuti quelli due.*
Plur. τύφθητε *sarete battuti voi*: τυφθήτωσαν *saranno battuti quelli.*

AORISTUS SECUNDUS.

Sing. τύπηθι *sia, o sarai battuto tu*, τυπήτω *sarà battuto quegli.*
Dual. τύπητον *sarete battuti voi due* : τυπήτων *saranno battuti quelli due.*
Plur. τύπητε *sarete battuti voi* : τυπήτωσαν *saranno battuti quelli.*

Uterque aoristus fit a tertia persona ejusdem indicativi, addito θι, sed in priore est τι propter praecedentem θ, ἐτύφθη, τύφθητι: ἐτύπη, τύπηθι. In reliquis tamen personis semper est τ.

OPTATIVI PRAESENS, ET IMPERFECTUM.

Sing. εἴθε τυπτοίμην *fossi battuto io*: τύπτοιο *fossi battuto tu* : τύπτοιτο *fosse battuto quegli.*
Dual. τυπτοίμεθον *fossimo battuti noi due* : τύπτοισθον *foste battuti voi due* : τυπτοίσθην *fossero battuti quelli due.*

Plur. τυπτοίμεθα *fossimo battuti noi:* τύπτοισθε *foste battuti voi :* τύπτοιντο *fossero battuti quelli.*

Ab indicativo τύπτομαι, mutato ομαι in οίμην.

PERFECTUM, ET PLUSQUAM PERFECTUM.

Sing. εἴθε τετυμμένος εἴην *fossi stato battuto io :* τετυμμένος εἴης *fossi stato battuto tu :* τετυμμένος εἴη *fosse stato battuto quegli.*

Dual. τετυμμένω εἴητον *foste stati battuti voi due :* τετυμμένω εἰήτην *fossero stati battuti quelli due.*

Plur. τετυμμένοι εἴημεν *fossimo stati battuti noi :* τετυμμένοι εἴητε *foste stati battuti voi:* τετυμμένοι εἴησαν *fossero stati battuti quelli* (α).

Compositum ex participio, et optativo verbi substantivi.

AORISTUS PRIMUS.

Sing. εἴθε τυφθείην *sia stato battuto io :* τυφθείης *sii stato battuto tu :* τυφθείην *sia stato battuto quegli.*

(α) Cave credas solummodo masculini generis participium in usu esse : adhibetur enim et foemininum τετυμμένη et neutrum τετυμμένον, ut apud Latinos *lectus lecta lectum.*

Dual. τυφθείητον *siate stati battuti voi due:* τυφθειήτην *siano stati battuti quelli due.*
Plur. τυφθείημεν *siamo stati battuti noi:* τυφείητε *siate stati battuti voi* τυφθείησαν *siano stati battuti quelli.*
Ab ἐτύφθην, **ablato augmento, et inserto** ει **ante** ην.

AORISTUS SECUNDUS.

Sing. εἴθε τυπείην *sia stato battuto io:* τυπείης *sii stato battuto tu:* τυπείη *sia stato battuto quegli.*
Dual. τυπείητον *siate stati battuti voi due:* τυπειήτην *siano stati battuti quelli due.*
Plur. τυπείημεν *siamo stati battuti noi:* τυπειήτε *siate stati battuti voi:* τυπειήσαν *siano stati battuti quelli.*
Ex ἐτύπην, ablato augmento, et inserto ει.

FUTURUM PRIMUM.

Sing. εἴθε τυφθησοίμην *sia battuto io:* τυφθήσοιο *sii battuto tu:* τυφθήσοιτο *sia battuto quegli.*
Dual. τυφθησοίμεθον *siamo battuti noi due:* τυφθήσοισθον *siate battuti voi due:* τυφθησοίσθην *siano battuti quelli due.*
Plur. τυφθησοίμεθα *siamo battuti noi:* τυφθήσοισθε *siate battuti voi:* τυφθήσοιντο *siano battuti quelli.*
Ex τυφθήσομαι, mutato ομαι in οίμην.

FUTURUM SECUNDUM.

Sing. εἴθε τυπησοίμην *sia battuto io* : τυπήσοιο *sii battuto tu* : τυπήσοιτο *sia battuto quegli.*

Dual. τυπησοίμεθον *siamo battuti noi due* : τυπήσοισθον *siate battuti voi due* : τυπησοίσθην *siano battuti quelli due.*

Plur. τυπησοίμεθα *siamo battuti noi* : τυπήσοισθε *siate battuti voi* : τυπήσοιντο *siano battuti quelli.*

Ex τυπήσομαι, mutato ομαι in οίμην.

PAULO POST FUTURUM.

Sing. εἴθε τετυψοίμην *sia io frappoco battuto* : τετύψοιο *sii tu frappoco battuto* : τετύψοιτο *sia quegli frappoco battuto.*

Dual. τετυψοίμεθον *siamo noi due frappoco battuti* : τετύψοισθον *siate voi due frappoco battuti* : τετυψοίσθην *siano quelli due frappoco battuti.*

Plur. τετυψοίμεθα *siamo noi frappoco battuti* : τετύψοισθε *siate voi frappoco battuti* : τετύψοιντο *siano quelli frappoco battuti.*

Ab indicativo τετύψομαι, mutato ομαι in οίμην.

CONJUNCTIVI PRAESENS, ET IMPERFECTUM.

Sing. ἐαν τύπτωμαι *s' io sia, o s' io fossi battuto*: τύπτῃ *se tu fossi battuto*: τύπτηται *se, quegli fosse battuto.*

Dual. τυπτώμεθον *se noi due fossimo battuti*: τύπτησθον *se voi due foste battuti*: τύπτησθον *se quelli due fossero battuti.*

Plur. τυπτώμεθα *se noi fossimo battuti*: τύπτησθε *se voi foste battuti*: τύπτωνται *se quelli fossero battuti.*

Ab indicativo; sed prima persona cujusvis numeri, et tertia pluralis habet ω, secunda singularis ῃ diphthongum, reliquae η monophthongum (α).

PERFECTUM, ET PLUSQUAM PERFECTUM.

Sing. ἐαν τετυμμένος ὦ *s' io fossi stato battuto*: τετυμμένος ᾖς *se tu fossi stato battuto*: τετυμμένος ᾖ *se quegli fosse stato battuto.*

Dual. τετυμμένω ἦτον *se voi due foste stati battuti*: τετυμμένω ἦτον *se quelli due fossero stati battuti.*

Plur. τετυμμένοι ὦμεν *se noi fossimo stati*

(α) Satis est igitur produxisse vocales breves indicativi ε, ο subscripto ι, vel abjecto υ sicubi reperiuntur.

battuti : τετυμμένοι ἦτε *se voi foste stati battuti* : τετυμμένοι ὦσι *se quelli fossero stati battuti.*
Compositum ex participio, et conjunctivo verbi substantivi.

AORISTUS PRIMUS.

Sing. ἐὰν τυφθῶ *s'io sia, o sarò battuto*: τυφθῇς *se tu sarai battuto* : τυφθῇ *se quegli sarà battuto.*
Dual. τυφθῆτον *se voi due sarete battuti* : τυφθῆτον *se quelli due saranno battuti.*
Plur. τυφθῶμεν *se noi saremo battuti* : τυφθῆτε *se voi sarete battuti* : τυφθῶσι *se quelli saranno battuti.*
Ab aor. indic. ἐτύφθην, ablato augmento, et mutato ην in ῶ.

AORISTUS SECUNDUS.

